

Hermann Lembke

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Lembke/ I.U.D. & Cod. Prof. Ad Exequias, Quas Suavißimo puerulo, filiolo dilectißimo Ernesto Theodorico Willebrand/ Parentes moestissimi. Hodie ... paratas cupiunt; Omnes & Singulos Academiae Cives ... invitat

Rostochii: Kilius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777133172>

Druck Freier  Zugang



15

PROGRAMMA
QVO
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
HERMANNUS Lembke/
J. U. D. & Cod. Prof.
Ad
EXEQUIAS,
Quas
Sua viissimo puerulo, filiole dilectissimo

ERNESTO THEO-
DORICO Willebrand/

Parentes moestissimi.

*Hodie ad horam 1. pomerid. paratas
capunt;*

**Omnes & Singulos Academiae Cives sedulò
& amanter invitati.**



ROSTOCHI,
Typia Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LV.

LB FP Willebrand, Einst 1655

9.



Um plura alia Gentilium
monumentis reperire est , usi-
bus nostris apprimè servientia;
cùm verò præclara potissimum
sunt illa, qvæ de contemnendâ
non saltim , sed & appetendâ,
maximâq; animi promptitudine subeundâ mor-
te scriptitavere. Non ita est pridem, qvum non-
nulla indè in hanc rem exasperemus. Nunc,
hodierni funeris occasione, in proposito perge-
re, atq; telam qvodammodo pertexere volupe
est. Mortem, restatur Cicero *Orat. in Luc. Catil.*
à Diis immortalibus non esse supplicii caussâ
constitutam, sed aut necessitatem Naturæ , aut
laborum & miseriарum quietem. Itaq; Sapientes
nunquam eam invitos , Fortes etiam sæpè liben-
ter oppetivisse. Inquietam nobis vitam facimus
(verba sunt *Seneca Epist. 24.*) metu mortis ; &
tanta est hominum dementia, ut qvidam timo-
re mortis cogantur ad mortem : Firmandi su-
mus , ne nimis amemus vitam , & nimis oderi-
mus mortem : & , qvum ratio svadet , finire, sed
non timere; Vir fortis & strenuus non fugere
debet

ANNA M DC F

debet de vitâ, sed exire. *Sallust. in Catilinar.* mor-
tem reqviem ærumnarum in luctu & miseriis,
non cruciatum ducit. Cordatum planè respon-
sum est, qvod *Critoni Amico Socratem* reposuisse,
memoriæ proditum est: Eninverò summope-
rè svadenti illi, petentiq; ut, si vitam ipse suam
negligeret, saltim Liberis, etiamnum parvulis,
& Amicis ab ipso pendentibus, servaret sese in-
columen; Liberi, regerebat *Philosophus*, D E O,
qui mihi eos dedit, curæ erunt; Amicos hinc
discedens inveniam, aut vobis similes, aut etiam
meliores; qvin ne vestrâ qvidem consuetudine
diu cariturus, qvandoq; qvidem brevi eodem ipsi
etiam estis commigraturi. Nemo evitare pote-
rit, omnibus qvod tranandum est æqvor; nihilq;
mirerur eorum (*Senecam* denuò citamus) ad
qvæ nati sumus, qvæ ideò nulli querenda, qvia
paria sunt omnibus; Ita dico: paria sunt; nam
etiam qvod effugit alius, pati potuit. Æqvum
autem est, non quo omnes usi sunt, sed qvod
omnibus latum est. Imperet æqvitas animo, &
sine querelâ mortalitatis tributa pendamus.
Hyems frigora adducit, algendum est; æstas ca-
lores refert, æstuandum est; intemperies cœli va-
letudinem tentat, ægrotandum est; & fera nobis
loco occurret, & homo perniciosior feris omni-
bus; aliud aqua, aliud ignis eripiet Hanc rerum

A 2

con-

conditionem mutare non possumus; id possu-
mus, magnum sumere animum, & viro dignum,
qvo fortiter fortuita patiamur, & naturæ con-
sentiamus. Natura autem hoc, qvod h̄c vides,
regnum, mutationibus temperat; nubilo serena
succedunt; turbantur maria, conqvieverunt:
flant invicem venti; noctem dies seqvitur; pars
cœli consurgit, pars mergitur, contrariis rebus
æternitas constat. Ad hanc autem legem ani-
mus noster aptandus est, hanc seqvatur, huic
pareat, & qvæcunq; fiunt, debuisse fieri puto;
nec velit objurgare naturam; optimum est pa-
ci, qvod emendare non possis, & DEUM, qvo
authore cuncta eveniunt, sine murmure comi-
tari: malus miles est, qvi Imperatorem suum
gemens seqvitur. Hæc & ejus generis plura alia,
qvæ addere supersedemus, ex Philosophiâ ac lu-
ce naturæ de prompta sunt; qvæ nos certè, qvi
Christiani, & sacras literas docti sumus, rectius
longè intelligimus, scimusq; ex fædere antiquo
mortem omnibus nobis deberi, adeoq; eam
non fugiendam, ut potius eò nobiscum præclarí-
us agi existimemus, qvò citius procellosū & tem-
pestuosum hoc mortalitatis mare emensi, per
mortem naturalem in æternum felicitatis &
tranquillitatis portum deferramur. O! beati Philippi,
Xanthi, &c. Juvenis moritur, qvem amat D E-
U S; citare antehac in eodem negotio ex Mer-
nandro

nandro meminimus, & hic repetimus. Gra-
tulabimur igitur potius ERNESTO THE-
ODORICO WILLEBRANDO, quam
dolebimus, adeò citò, & qvinque saltim die-
rum infantulum, mortalium cæribus, sive ma-
ligno potius mundo, erectum esse. Natus est
Patre, viro Consultissimo & Excellentissimo Dn.
ALBERTO Willebrandt/ J. U. D. & Advocate
clarissimo; Matre, lectissima, & virtutibus sexum
suum decorantibus, eminentissimam, ELISABE-
THA COTHMANNIA. Avum paternum
habuit virum Amplissimum, & Excellentissimum
Dn. NICOLAUM Willebrandt/ Phil. & J. U.
D. Professorem hujus Universit. & Practicum
celeberrimum. Avian paternam, Matronam
honoratissimam, pariterq; sexus sui virtutibus
maxime illustrem, CATHARINAM Heins;
Magnifici & Amplissimi viri, Dn. FRIDERICI
Heins, Icti, Sereniss. Meklenb. Princip. Consiliarii
Academiae hujus Professoris, ac tandem
Consulitac Syndici apud nos præclarissime me-
riti, filiam. Avus maternus est Vir Magnificus,
Nobilissimus & Amplissimus Dn. JOHAN: COTH-
MANNUS, Ictus celeberrimus; Sacri Late-
ran. palatii, aulæq; Cæsariæ, & Imperialis con-
sistorii comite; Illustriss. ac Celsiss. Princip. Meck-
lenb. ultra trigintaquinq; annos Consiliarius, &

Cancellarius' gravissimus. Avia materna fuit
fœmina elegantissima, sed ipso flore ætatis de-
nata, MAGDALENA Krügers; Viri Spectabi-
lis ac Prudentissimi Dn. ULDARICI Krü-
gers/ Consulis apud Gustrovienses, fide ac in-
dustriâ conspicui, filia, Proavus paternus excitat
Vir Reverendus Dn. PETRUS Willebrandt/ Pa-
stor apud Gorloviensis, per plures annos, fidelis-
simus. Proavia paterna, SOPHIA, insignis
quondam, & accurratissimi, nec minus cele-
bris Theologi, Dn. ALBERTI GRAWE-
RI, amita. Proavum maternum habuit Virum
Amplissimum, THEODORICUM COTH-
MANNUM, Reipub. Lemgoviensis spectatæ
virtutis ac integritatis consulem; omnibus bonis
commendatissimum; cuius majores patriciâ &
consulari dignitate à trecentis annis florentes ac
honorati fuere. Proaviam paternam, matronam
piam, probam, castam, & nulli non amatam,
AGNETAM von der Lippen; DN. BERN-
HARDI von der Lippen/ Comitis à Lippa Can-
cellarii præcellentissimi, filiam. Tantis ER-
NESTUS THEODORICUS noster origi-
nem debet majoribus; quorum vestigiis ipse
etiam procul omni dubio incessurus erat, si vi-
tam concessisset Divina benignitas. Sed ostende-
runt saltim terris bellissimum fatu infantulum,
citoq;

citoq; ipse, undē venerat, rediit: quippe 21. hu-
jus ipsius Maji, circa medium undecimam ve-
spertinam, natus, ac sequenti die per sacram
Baptismatis lavacrum regenitus, mox 26. ejusd.
mensis circa primam pomerid. vitam cum mor-
te, vel, si mavis, mortem cum vitâ permutavit.
Quæ quidem festinatissima proliis vestræ mors
adeò vobis, Parentes, mala non videbitur, ut
potius in primis felicitatum gradibus (quod jam
supra etiam quodammodo innuebamus) nume-
rare habeatis. Ecquid enim non gaudebitis, trans-
latum ad ea loca esse Filiolum, ubi paternas avi-
tasq; virtutes omnes, quas hic quidem etiam in
terris æmulaturus erat, sed non æmulaturus ta-
men sine labore, ac difficultatibus; ubi, inquam,
universas istas & singulas vel momento sineq;
molestiis expressurus non saltim, sed & supera-
turus sit? Ecquid non gratulabimini vobis, in
eam vitam traductam esse eximiam animulam,
ubi (cum *Augustino* jam loquemur) gaudium est
infinitum, lætitia sine tristitia, salus sine dolo-
re, via sine labore, lux sine tenebris, vita
sine morte, omne bonum sine omni malo; ubi
juventus nunquam senescit, ubi vita terminum
nescit, ubi decor nunquam pallescit, ubi amor
nunquam torpescit, ubi sanitas nunquam mar-
cescit,

gescit, ubi gaudium nunquam decrescit, ubi dolor nunquam sentitur, ubi gemitus nunquam auditur, ubi triste nihil videatur, ubi lætitia semper habetur, ubi malum nullum timetur, quoniam ibi summum bonum possidetur, quod est videre semper faciem DOMINI VIRTUTUM. Nos contestando dolori, ac ostendendæ benivolentiaz, quæ nostri officiū fuerint, minime negligemus; sed frequentes (nihil enim iam aliud possumus) primario & clarissimo funeri exequias ibimus. Ut ergo cum in finem, quotquot Fori sunt nostri, hodie horâ 1. pomerid. in templo Jacob. conveniant, efferendum infantulum non in ipsius saltim, sed & universa nobiliss. prosapiæ honorem, parentum sorte etiam aliquale solatium, comitentur. Studiosè ac peramanter contendò P. P. sub Sigillo

Rectoratus, Anno 1655, die ultimo

Maji.



nendo meminimus, & hic repe-
tulabimur igitur potius ERNE
ODORICO WILLEBRAN-
dolabimus, adeò citò, & qvinq-
rum infantulum, mortalium cæti-
ligno potius mundo, ereptum est
Patre, viro *Consultissimo* & *Exce-*
ALBERTO Villebrandt / J. U. D.
clarissimo; Matre, lectissima, & viro
suum decorantibus, eminentissimâ
THAACOTH MANNIA. Avus
habuit virum *Amplissimum*, & Es-
Dn. **NICOLAUM** Villebrandt
D. Professorem hujus Universit. &
celeberrimum. Aviani paternam,
honoratissimam, pariterq; sexus
maxime illustrem, **CATHARIN**
Magnifici & Amplissimi viri, Dn.
Heins, Icti, Sereniss. Meklenb. Pi-
karii, Academiæ hujus Professoris
Consulit ac Syndici apud nos præ-
dicti, filiam. Avus maternus est Vi-
Nobilissimus & Amplissimus Dn. **JOH-**
MANNUS, Ictus celeberrimus
ran. palatii, aulæq; Cæsariæ, & Im-
sistorii comite; *Illustriss. ac Celsiss.* Pr.
lenb. ultra trigintaquinq; annos C

A 3




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. _____